FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

3. Tagebuchbeilagen

Brief von Benjamin Suffel an August Hermann Francke.

Suffel, Benjamin

Wittenberg, 17.12.1714

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-51017

Visual Library

A 168

17. XII. 1714

5

VIR Summè REVERENDE
CLARISSIME, DOCTISSIME!

Quod si propensus Tuus in verâ Theosophiâ cultores favor non esset mihi perspectissimus, non sustinuissem curarum momenta Tuarum his qualibuscunque literis interrumpere. Cum enim a teneris usque ex summi Numinis providentiâ incredibili ardore Philosophiâ, quam vocant, Hermeticâ tenear, incidi in libros Paracelsi, Weigelii et Böhmii, eosque familiares mihi reddidi, sperans inde scientiam meam lapidem Philosophicum efficiendi hausturam; verum cum Viri, summè a Deo illuminati tantum Magis et intelligentibus scripserint, non poteram

ea

ea, quæ scribebant, capere, nec mirum, siquidem pro
vulgato scholarum more, in pettanninib⁹ tantum ver-
borum hærebam. Interim tamen me non deterrebat
hæc difficultas; sed Deo fidens, quem tamen tum non-
dum noveram, sperans, qui desiderium hoc in me
accendisset, eventum etiam largiturum optatissi-
mum, unâ cum assiduâ librorum Chymicorum lecti-
one, præcipuè Chortolassæi, Basilii Valentini, Sendivo-
gii, Dattdorffii &c ardentissimas jungebam preces, unde
etiam factum, ut ex tantâ librorum evolutione senti-
rem (α) Philosophos subjectum lapidis non genuino
appellasse nomine (β), stylum illorum esse difficilem
ænigmaticum et Magicum (γ), ipsos non totam artem
descripsisse, sed difficillimam partem Præparationem
scil. seu separationem puri ab impuro omisisse (δ)
ipsos non observasse ordinem, sed sæpe initium ope-
ris pro

nis pro fine, et contra venditasse (c) de pluribus sed
similibus laboribus loqui tanquam de uno y. Operis
igitur sublimitatem cum mea paupertate confe-
rens, fere de ipsa desperassem, sed longe aliter
providerat Deus. Jussu enim Patronorum Geda-
no, studiorum causa Wittebergam me conferebam,
ubi studii mei Hermetici socium nactus, juvenem quen-
dam ex Generosa stirpe Patriae meae oriundum, qui
legendo, meditando et orando strenue me adjuvit, et
de omnibus necessariis prospexit, cujus etiam sumpti-
bus in metallifodinas profecto mihi, arcana naturae
cernere licuit. Denique Deus nostri misertus, per
librum quendam oculos nobis aperuit, ut non modo
genuinam materiam nancisceremur, verum etiam
ex eodem integrum processum multo tamen cum
labore hauriremus, quod etiam utrumque, per Dei
gratiam, possideo. Verum cum me mox artem

confe-

exeundum mihi Babelico hoc regno tutissimum ratus, ne unà cum ipsis peream, in die magni adventus Spiritualis Domini, et furij Dei habeo, promotionem in patriâ, beneficia q stipendia dicuntur, imo omnes mundi hujus delicias contemnere præ regno Dei ejusq justitiâ, memor verborum Servatoris nostri, qui Patrem suum, matrem suam, fratrem suum aut seipsum plus diligit quam me, indignus ê mee, quinimò etiam si Deus concesserit vitam, publicis scriptis Christum suum confessurus contra regnum Antichristi, juxta illud Servatoris mei: qui me confitetur coram hominibus, illum etiam confitebor coram Patre meo Luc XII, 8. Quare maximo gaudio affectus sum, cum audirem apud VOS Halæ veram doceri Theologiam; continuò hoc anno superiori vere profectus sum eò, ad rem hanc certius cognoscendam, non sine magnâ lætitiâ TE VIR Summè REVERENDE audivi concionantem in templo Ulrici et explicantem Evangelium Dom. XVI, Dom. Contate, ex quâ quidem concione plus hausi solatii, quam

Vitenber-

Vitenbergæ tibi anis, imprimis hæc verba altâ repo-
sui mente: dieses versteht niemand, als der deme es wird.
vom Gott gegeben hat. Voluissem TE tunc adire, cum
verò TE tot curis et negotiis distractum esse audi-
rem, distuli illud colloquium, quod forsan aliquid
temporis posceret, imprimis quod elaborationem
arcani illius summi attinet. Exiguas illud parti
impensas, et scio Deum mihi illud impertiturum,
quod etiam ad propagandum Ecclesiam impendere
sanctissime spondeo recipioq. Offero itaq operam
meam, contra consuetudinem adeptorum sed tamen
offero piis, impiis enim suibus has margaritas
objicere nefas esto. Quod superest TE summi Nu-
minis protectioni, me autem TUO favori com-
mendo

VIR Summe REVERENDE
CLARISSIME, DOCTISSIME

TUI

Vitenbergæ
1715. XVI. Cal.
Januarii

Observantissimus
Benjamin Gyffell. Sedan.
S.S. Theosoph. et Phil. Hermet. Stud.

VIRO
Summe REVERENDO, CLARISSIMOque
DOMINO AUGUSTO HERMANNO
FRANCKIO
S. S. Theol. P. P. et ad aedem S. Ulrici
PASTORI MERITISSIMO

Halam